

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3003

Auteur(s) : Alexandre III [pape]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1178, 26 janvier

Lieu d'émission : Tusculum

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle d'Alexandre III confirmant les possessions de l'abbaye du Mont St Michel, parmi lesquelles, en Jersey, Pierreville et l'église de la chapelle de Lecq ; l'île de Chausey, l'île de Serk, des églises et terres en Guernesey et en Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 11, p. 19-22.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Roberto abbati monasterii Sancti Michaelis de periculo maris ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium Sancti Michaelis de periculo maris in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis si quidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in monasterio vestro institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum pertinentiis suis ; villam Sancti Michaelis cum ecclesiis, passagio, justiciis, rationabilibus consuetudinibus et aliis pertinentiis suis ; ecclesias de Ardevone, Wines, Belvedere, Passuum, Cure, cum ipsis villis et aliis earum pertinentiis ; Maidre, Mace, Noeant, Brahe, Tanie cum earum pertinentiis ; villam de Cruce, Vilers, Bahalent cum earum pertinentiis ; Burgum de Beverun cum molendinis et suis pertinentiis, capellam Hamelini cum molendinis et aliis suis pertinentiis ; ecclesiam de Cauge cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Buce cum suis pertinentiis ; terram juxta portam Pontis Ursonis cum pertinentiis suis ; ecclesiam Pontis Ursonis cum decimis molendinorum et omnium reddituum castri et aliis suis pertinentiis ; ecclesiam de Genesisio cum ipsa villa, mercato, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Drageio cum ipsa villa, vineis, molendino et aliis pertinentiis suis, villam Sancti Johannis et centum solidos Andegavensis monete annuatim de ecclesia per manus canonicorum de Lucerna pensionis

nomine vobis solvendo, Bacille cum pertinentiis suis, molendinum comitis cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Michaelis de Lupis cum burgello, molendino de Haia, silva de Beveia, pascuis et aliis suis pertinentiis ; quicquid juris habetis in ecclesia de Argogiis. In episcopatu vero Constanciensi ecclesiam Sancti Paterni, ecclesiam Sancti Pancracii, ecclesiam Sancti Albini, ecclesiam Sancti Johannis de Campis, ecclesiam de Brevilla et ecclesiam de Collevilla cum viginti duabus parrochiis, silvis pascuis, molendinis, piscariis, mercato et aliis earumdem pertinentiis ; terram de Estreis cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Focherevilla cum pertinentiis suis ; villam que dicitur Sancta Columba cum pertinentiis suis ; Cantot cum pertinentiis suis ; ecclesiam de Cartrac cum pertinentiis suis. In Insula de Gerse Petravillam cum pertinentiis suis, ecclesiam de Capella cum pertinentiis suis ; totam insulam de Cause cum pertinentiis suis ; insulam de Serc cum pertinentiis suis ; in insula de Grenere, ecclesiam de Guale et tres alias ecclesias cum earum pertinentiis, villam de Gale cum molendinis, piscariis, portibus et aliis pertinentiis suis ; melagia de terra comitis Rannulfi cum pertinentiis suis ; terram Hugonis de Rosel cum pertinentiis suis. In episcopatu autem Baiocensi ecclesiam de Domno Johanne, cum capellis, libertatibus et aliis pertinentiis suis, villam de Domno Johanne cum molendinis, silvis et aliis suis pertinentiis ; villam de Versun cum molendinis et pertinentiis suis ; ecclesiam de Bretevilla, ecclesiam de Evreceio et ecclesiam dEscai cum libertatibus et aliis earum pertinentiis, Bretevillam cum molendinis et aliis pertinentiis suis. Quicquid juris habetis in ecclesia Sancti Michaelis de Mercato apud Rothomagum ; in episcopatu si quidem Carnotensi ecclesiam de Goorre cum villa ipsa et aliis pertinentiis suis, Polleium cum pertinentiis suis ; in episcopatu Andegavensi ecclesiam de Creant cum vineis et aliis pertinentiis suis. In civitate Andegavensi domum cum vineis et pertinentiis suis ; in civitate Turonensi domum cum vineis et aliis suis pertinentiis. In episcopatu Cenomannensi ecclesiam Sancti Victurii cum ecclesia Sancti Johannis, capellis et pertinentiis suis, burgum Sancti Victurii cum vineis, molendinis, rationabilibus consuetudinibus et aliis suis pertinentiis ; ecclesiam de Estival cum pertinentiis suis, ecclesiam de Danfront, ecclesiam de Livare, ecclesiam Sancti Bertevini et capellam de Taoneria, cum earum pertinentiis, dimidium mercatum de Taoneria cum pasnagio quod habetis in silvis Gillonis de Gorran ; quicquid juris habetis in ecclesia Sancti Dionisii Moratenai cum pertinentiis suis, Villarentoniam cum molendino, silvis et pertinentiis suis ; in episcopatu Redonensi ecclesiam de Poleio et ecclesiam de Villamers cum villa ipsa et aliis earum pertinentiis ; in archiepiscopatu Dolensi ecclesiam Sancti Petri de Sancto Broeladio cum pertinentiis suis, capellam Sancti Michaelis de Monte Doli ; in episcopatu Macloviensi ecclesiam Sancti Melori et ecclesiam Sancti Menenni cum capellis et earum pertinentiis, in episcopatu Coriobsitensi ecclesiam de Hyrlas cum villa de Treneruet et aliis pertinentiis suis. In Anglia in archiepiscopatu Eboracensi ecclesiam de Wath cum ipsa villa et suis pertinentiis ; in episcopatu Wintoniensi ecclesiam de Seleburna, ecclesiam de Basinges et ecclesiam de Basingestoc cum capellis et aliis earum pertinentiis ; in episcopatu Salesberienensi ecclesiam de Werna cum pertinentiis suis ; in episcopatu Batoniensi ecclesiam de Mertoc cum capellis et aliis pertinentiis suis ; in episcopatu Exoniensi ecclesiam de Otritonia, ecclesiam de Estoleia, ecclesiam de Hartecumba et ecclesiam de Sidemua cum ipsis villis, molendinis, silvis, mercato, portibus, piscariis et aliis earum pertinentiis, Buddeleiam cum silvis, pascuis, portu, piscariis et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Wdeberia cum pertinentiis suis, ecclesiam montis Sancti Michaelis in Cornubia cum villa de Trewarmuie, mercato et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Hilarii cum pertinentiis suis, Tremaboc cum pertinentiis suis et ecclesiam de Moreis cum pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas presumat exigere ; cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia celebrare. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem nisi optentu arctioris religionis fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus autem ecclesiis quas habetis liceat vobis clericos vel sacerdotes eligere et episcopo presentare quibus si ydonei fuerint episcopus animarum curam committat ut ei de spiritualibus, vobis de temporalibus debeant respondere, obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur

Datum Tusculani per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii sexto kalendas Februarii, indictione septima, incarnationis dominice anno millesimo centesimo septuagesimo octavo, pontificatus vero domini Alexandri pape tercii anno vigesimo.